



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Roberto Titvli Sancti Stephani in Cœlio monte Presbytero Cardinali  
apostolicæ sedis Legato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

## 758 Epistolarum Innocentij III.

*copis & Episcopis necnon Abbatibus per Arme-niam.*

*In eundem modum Episcopo Pragenſi, Epif-co Regenſi, & Maronitanensi, Sertensi, & Miditeniſi Archiepiscopis, & Episcopo Coso-nensi, ita quod unicuique seorsim.*

*In eundem modum Episcopis per Tusciā & Marchiam Anconitanam & ducatum Spoleti confitutis.*

*In eundem modum Patriarche & Archiepiscopis & Episcopis & Abbatibus tam Latini quam Grecis per Conſtantinopolitanam provinciam confitutis.*

*In eundem modum illuſtri Conſtantinopolita-no Imperatori usque ex ſe fluctus. Cū ergo deceat & expediat ut tua imperialis fulbitas ad synodum tam ſolemnum nuntios dirigat ſpeciales, ſerenitatem tuam monemus & exhortamur attentius quatenus praefcripto termino, vita comite, viros idoneos dirigere non poſponas, per quos tuae nobis aperias beneplacitum voluntatis; quia, quantum cum honestate poterimus, ad tuum libenter & efficaciter intendemus commodum & honorem. Da-tum.*

*In eundem modum Philippo illuſtri Regi Francorum. In eundem modum Regibus Ara-gonum, Navarre, Castelle, Legionensi, Portu-galensi, Cypri, Noruagie, Corkiae, Lumbricensi, Conaccie, Mindiensi, Suetie, ita quod unicuique seorsim.*

*In eundem modum Magistro & fratribus militiae Templi. Vineam Domini Sabaoth &c. usque, donum perfectum, universis Archiepiscopis & Episcopis ac aliis Eccleſiarum Praelatis per universas ferē Christianorū provincias constitutis per apostolica scripta præcipiendo mandamus ut ſe ipſos taliter preparent &c. verbiſ competen-ter mutatis, usque requirendus. Injungant etiam Archiepiscopi & Episcopi ex parte noſtra universis Eccleſiarum Capitulis &c. usque fluctus. Cū igitur in hoc generali Concilio ſint multa traçtanda que ad ſtatū veftri ordinis pertinebunt, decet & expedit ut ad idem Coſcilium viros idoneos deſtinets, qui negotia veftra debeant fideliter procurare.*

*In eundem modum Magistro & fratribus Hοſpitali Hieroſolymitani.*

*In eundem ferē modum Abbati & conuen-tui Ciſterciensi, & Abbati & conuentui Pre-monſtratenſi, unicuique seorsim.*

*In eundem modum Capitulo Conſtantinopolitano usque cū modeſtia & cautela. Qui verō canonica forte p̄p̄editione detenti personaliter venire nequiverint, idoneos*

pro ſe dirigant responſales; nec quisquam ſuperfluas &c. uſque requirendus. Ideo que diſcretioni veftræ per apſtolica ſcrip-ta mandamus quatenus ei qui auctore Deo Conſtantinopolitanæ Eccleſiae p̄ſidebit, ex parte noſtra que p̄missa ſunt fideli-ter nuntietis, ut & ipſe juxta priſcam for-mam noſtro ſe conſpectui repræſenteret; nihilominus de collegio veftro viros idoneos pro vobis ad hoc ſacrum Coſcilem transmiſſuri, cū nonnulla ſint in ipſo tra-ctanda que ſpecialiter ad Eccleſiarum Ca-pitula pertinebunt. Interim verō per vos ipſos & alios viros prudentes &c. uſque per-feratis examen. Nullus itaque ſe fallaciter uſque ex ſe fluctus. Datum.

*ARCHIEPISCOPI, EPISCOPI, Abbatibus, Prioribus, ceterisque Clericis per regnum Francie confitutis.*

**P**rum & ſanctum propositum quod de Subventione terra ſanctæ pro commu-ni utilitate Deo inspirante concepimus & perducere ſatagimus ad effectum, ex ge-neraliſbus litteris poteritis advertere mani-fefte. Ad hoc igitur ſalutare propositum exequendum dilectum filium noſtrum Ro-bertum tūlii ſancti Stephani in Cælio monte Presbyterum Cardinalem apofolica ſedi Legatum, virum utique probat-e honestatis & fidei, deſtinamus, merito ſuę probitatis ſpeciali gratia nobis acceptum, per apofolica vobis ſcripta præcipiendo mandantes quatenus eum vice noſtra, im-mo potiū vice Christi, devotè ſuſcipere ac honeſtè traçtare curetis, ipſius ſalubri-bus monitiſ & mandatiſ humiliter inten-dentes, p̄ſertim in iis que pertinent ad ſubſidiū terra ſanctæ. Nos enim quod ſuper iis & aliis ad ſuę legationis officium per-tinentibus provida deliberatione ſtatue-rit p̄cipimus inviolabiliter obſervari, concedentes eidem ut evellet & deſtrat, aedificet atque planteret, que ſibi evelienda & deſtruenda, aedificanda occurrerint & plantanda. Datum &c.

*ROBERTO TITVLII SANCTI Stephani in Cælio monte Presbytero Cardi-nali apofolice ſedi Legato.*

**V**T efficacius poſſis intendere ad ſubſidium terra ſanctæ, p̄ſentium tibi auſtoritate concedimus ut iis qui ad tuam vocationem devotè convenerint ad audiendum verbum ſalutiferæ crucis, de injunctis ſibi paenitentiis vice noſtra cer-tam valeas indulgentiam impetriri. De torneamentis autem hoc tibi duximus con-

## Romani Pontificis Lib. XVI. 759

cedendum, ut de virorum prudentum consilio salubriter statuas quod terrae sanctae utilitati secundum Deum yideris expedire.  
Datum &c.

### ILLUSTRI REGI Francorum.

Epiſt. 33.  
Ei commendat  
Legatum apo-  
stolicum.

**Q**uam sincerum dilectionis affectum erga te ac filium tuum & regnum Francie habeamus novit ille qui testis est in celo fidelis, cuius super hoc testimonium securè possumus invocare. Adeo quippe regni tui exaltationem diligimus, privilegiata semper opera commendantes quae processerunt de ipso, quod aequanimius Ecclesia Romana quam ipsi regno sustineremus magnum aliquid adversitatis accidere, cum facilis haec quam illud ab imminentibus posset periculo liberari. Ut ergo super hoc amplius securus reddaris & certus, mittimus ad tuam regalem praesentiam dilectum filium nostrum Robertum tituli sancti Stephani in Cœlio monte Presbyterum Cardinalem apostolicæ sedis Legatum, virum utique probata honestatis & fidei, qui ea quæ pleniū accepit à nobis, expressius tibi referat viva voce; serenitatem tuam rogantes & exhortantes in Domino quatenus eum benignè recipias & honestè pertractes, ipsius acquiescendo salubribus monitis & consiliis propter Deum. Datum.

In eundem modum nobili viro Ludovico carissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Francorum illustris primogenito.

In eundem modum nobili malieri Blanche uxori nobilis viri Ludovici carissimi in Christo filij nostri illustris Regis Francorum primogeniti.

### PATRIARCHÆ Alexandrino.

Epiſt. 34.  
Consolatur eū,  
& invitat ad  
Concilium.

**E**x litteris quas aliquotiens tua nobis fraternitas destinavit & aliis quoque indicis cognovimus evidenter te non solum ad sacrosanctam Romanam Ecclesiam matrem tuam, vertum etiam ad personam nostram specialiter devotionem habere debitam & devotam. Propter quod habentes te in visceribus caritatis, tibi compatimur in tribulationibus quas pateris & pressuris: quamquam & tibi & nobis sit in eis potius glorandum, cum id quod in praesenti est momentaneum & leve tribulationis hujusmodi, supra modum in sublimitate pondus æternæ gloria operetur, nec sint condigne passiones hujus temporis ad futuram gloriam revelandam in illis qui pro Christi

nomine patiuntur. Propter quod Apostolus sibi placebat in infirmitatibus suis, in contumelias, in necessitatibus, in persecutionibus, & angustiis quas sustinebat pro Christo, & cum infirmabatur, tunc maximè potenserat, sciens quod virtus in infirmitate perficitur, & quod licet per eam homo corrumperatur exterior, interior tamen per eandem jugiter renovatur. Timentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum, qui suos non solum de tribulationis angustia liberat, sed etiam in ipsa tribulatione dilatat, ut quasi meridiaputus fulgor consurgat eis ad velperam, & cum se consumptos putaverint, ut lucifer oriantur. Benedicas igitur Deo & patri Domini nostri Iesu Christi, qui te in omni benedictione spirituali secundum gratia sue divitias benidixit, & ut es essemus immaculatus in conspectu ipsius, dedit tibi ut non solum credas in Christum, sed pro Christo etiam patiaris. Porta ergo, carissime frater, in corpore tuo stigmata Iesu Christi, per quem mundus tibi crucifixus est & tu mundo. Stabilis esto, & adversus mundanas adversitates immobilis, abundans in opere Dei semper, sciens quod labor tuus non est inanis in Domino, & sicut in te Christi passiones abundant, ita & per Christum abundet confortatio tua, qui te supra id quod potes non patietur tentari, sed faciet in ipsa tentatione preventum, ut valeas sustinere; cum jam ipso docente didiceris in quibus es esse sufficiens, & cum Apostolo scias satiari, scias & esurire, & abundare, & penuriam pati, ac possis in eo qui te confortat omnia tolerare. Fideles quoque ab infidelibus in captivitate detentos sedulis exhortationibus corroborata & confirma, ne deficiant in tribulationibus suis, sed cogitantes in lucta victoriam & premium in labore, bonum certamen certare non desinant, & cursum servando fidem feliciter consummare; ut de reliquo coronam iustitiae meritò valeant expectare, quam reddit eis in illa die Dominus iustus judex; scientes quod nos ad liberationem eorum studium diligens & operam efficacem, si defuper datum fuerit, fatigimus adhibere. Denique ad tuam duximus notitiam preferendum quod cum inter omnia desiderabilia cordis nostri duo in hoc seculo principaliter affectemus, ut ad recuperationem videlicet terrae sanctae ac reformationem universalis Ecclesie valeamus intendere cum effectu, hoc ad exequendum prædicta de fratrum nostrorum consilio providimus faciendum, ut sciucet